



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

27. Deprehensus panes mendicis ferre, eos in rosas vertit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

animantibus vitam redderet. Cui deinde accedit pro auctario : quòd abhinc solus panis cibarius panacea illi fuerit, quo sine aliâ Medicorum ope Christus illi vires pristinas & sanitatem restituit.

Credo, ut esset, qui miseris & famelicis succurreret: quibus NICOLAVS tam obsequiosus servivit, ut non modò de suo dimenso illis impartiretur, sed ipse quoque pro illis stipem colligeret, & fieret mendicorum mendicabulum. Cùm nihil suppeteret, veniebat in prædam pauperum monasterii annonæ. Id videns non æquis oculis penoris procurator, insimulavit apud Cœnobiarcham NICOLAI prodigalitatem. Ille ergo vigilanti oculo & ex insidiis observare hominem: quem cùm fortè videret panibus plenum mantile deferre ad monasterii januam, subito mandato revocare, & rogare, quid istic absconditum gestaret. Ille modestissimis verbis, Rosas, inquit, fero, Pater Reverende; (erat mensis Decem-
ber) & mantili explicato ostendit ei

B ver-

27.
Deprehē-
sus panes
mendicis
ferre, eos
in rosas
vertit.

B II
36 c

vernantes, & alium quàm nostrum odorem spirantes rosas. Prior obstupidus, Vade, ait, Domini minister sancte, da & dilapida in pauperes, quantum tibi & illis libet: vidi enim in tuâ Dei manum.

28.
Miseris
quibusque
succurre-
re gelit.

Itaque cum liberius jam charitatis opera in miseros exerceret omnium asylon erat NICOLAVS. Nullum erat miseræ genus, cui illi non suo remedio continuo succurreret. Peregrinos hospitio, solatio, mæstos, captivos alloquio, ægro consilio, omnes operâ suâ adjuvabat. Sed & jus quoddam in omnibus morbos à cælo acceperat; quo crucis solo signo aut tactu pellebat. Et quod his potius est, ægris quoque animis medicinam faciebat.

Sed morborum in aliis triumphatorem hunc gloriosum, magna domi febris minimo minus oppressit, adjuta in primis auxiliari copia annorum, quos multos NICOLAVS numerabat. His accessit demum versipellis; qui quem suis strenuere non potuit, nunc propriis armis oppugnatum ivit. Vah! ait, quæ

tem